Universitätsbibliothek Paderborn

Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem Contagiosam Aliosqve Morbos

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Pelbartus Osvvaldus Temesuariensis Ord. Minor. in stellario Coronae Marianae. Claruit circa annum 1500.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

Visual Library

ne numero : cùm ille exoratus pane à ſe benedicto communicatis peſtem depulit, ſalutem reſtituit. Nec minus illi beneficiorum ingrati, curatorem ſuum lapidibus contrucidarunt. Nonnulli verò quibus ſanius conſilium, de ſepeliendis exuuijs Pontificis contendentes, aliquamdiu percuſſores, aduerſarios habuerunt. Sed lite in iudicium deducta, conuenit, vt lignum aridum, quod ſors obtulerat, ſi ſanguine eius litum, craſtino reuireſceret, arbitratu ſuo Chriſtiani cadauer humarent. Factumque eſt, & lignum, cui tum etiam & cortex deerat, manè inuentum reuiruiſſe, pubeſcens floribus, turgeſcens fructu.

Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. *Iſaiæ 66.*

Pelbartus Oſvvaldus Temeſuarienſis Ord. Minor. in ſtellario Coronæ Marianæ. Claruit circa annum 1500.

NOui puerum, qui in peſte cùm ſe ſentiebat infectum, nouem vicibus cum *Aue Maria* apoſtematis locum conſignauit; & ſic ſæpiùs liberatus eſt, nec vmquam ei peſtis præualuit.

FINIS.